Si vero per specialem Sedis Apostolicæ consensum vetus in Regno Poloniæ, vel saltem in Russia et magno Ducatu Lithuaniæ reassumi possit Calendarium maxime hoc modo Populus etiam externorum Principum Ritus Græci ad Concordiam cum Romana Ecclesia alliceretur, neque sabbati Græcorum, Græci Latinorum festa violarent.

Servandus ergo in omnibus, et permittendus Ritus Græcus sine ulla mutatione, additione et subtractione quod et Concilium Florentinum in Bulla Pij Quinti absolute præcepit unicuique Sacerdotum Græcorum et Latinorum servare propriæ Ecclesiæ Ritum sine ulla limitatione.

Hoc vero vel maxime prohibendum, ne de Ritu ad Ritum transeant, sed unusquisque quo in suo persistat, iuxta decretum Sacræ Romanæ Congregationis de Propaganda Fide 2. Maij 1625. et 7. februarij 1627.

Omnes Græci Ritus sub Dominio Sacræ Regiæ Maiestatis dependeant immediate a Patriarcha Constantinopolitano his Conditionibus.

Primo si Patriarcha iuxta hæc nostra scripta sit fidelis seu Christianus, si liberi conservatus, si unicus illius Ecclesiæ.

Teneatur Patriarcha professionem fidei post sui Consecrationem ad Ser.mum Regem Poloniæ